



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quòd diaboli voluntas semper sit iniqua, potestas autem eius nunquam  
iniusta. li.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

D.BVRCHARDI EPIS. VVORMAC

præpositus inuenitur. Vnde ab eodem angelo paulo post Daniëli dicitur. Nemo est adiutor meus in omnibus nisi Michaël princeps vester. De quo & hoc quod præmissus dicit. Et ecce Michaël unus de principibus, primus noster in adiutorium mihi. Qui dum nequaquam simile esse sed venire in adiutorium dicitur, aperte ei populo praetulus agnoscitur, qui captus in alia parte tenebatur.

*Quod diaboli voluntas semper sit iniqua, potestas autem eius nunquam iusta. Cap. L.I.*

*Ex eisdē.*

**S**icendum verò est quia satanæ voluntas semper iniqua est, sed nunquam potestas iniusta: quia à semetipso voluntatem habet, sed à domino potestatem. Quod enim ipse facere iniquè appetit, hoc Deus fieri non nisi iuste permittit. Vnde bene in libris Regum dicitur: Spiritus domini malus iruebat in Saul. Ecce unus idemque spiritus, & domini appellatur, & malus domini videlicet per licentiam potestatis iusta, malus autem per desiderium voluntatis iniusta. Formidari igitur non debet, qui nihil nisi permisum valet. Sola ergo vis illa timenda est, quæ cùm hostem vivere permiserit, ei ad usum iusti iudicij, & iniusta illius voluntas, seruit. Paululum verò manum postulat extenderi exteriora sunt quæ ex petit conteri. Neque enim satanæ cere se aliquid multum putat, nisi cùm in anima sauciata ab illa patria feriens reuocet.

*Quod quatuor modis loquatur Deus ad diabolum, & tribus modis diabolus ad Deum. Cap. L.II.*

*Gregor.  
in suis mo-  
raubus.*

**S**icendum verò est, quia sicut hoc loco discimus, illi modis loquitur Deus ad diabolum: tribus modis diabolus ad Deum. Quatuor modis loquitur Deus ad diabolum, & iniustas vias eius arguit, & electorum suorum contrarium iustitiam proponit, & tentandam eorum innocentium ei concedendo permittit, & aliquando cùm ne tentare uideat prohibet. Injustas enim vias eius redarguit, sicut iudicatum est: Vnde venis? Electorum suorum cōtra illum iustitiam proponit sicut ait: Considerasti seruum meū lobum, quod non sit ei similis super terram? Tentādam eorum innocentiam ei concedendo permitit, sicut dicit: Ecce uersa quæ habet, in manu tua sunt. Rursumque eum aten-